UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Disputatio || excellentium. D. doctoru[m] Iohannis Eccij & || Andre[a]e Carolostadij q[uae] cepta est Lipsi[a]e || XXVII. Iunij. An. M.D.XIX.

Eck, Johannes
Karlstadt, Andreas

[Erfurt], 1519

VD16 E 320

Ad Scrupos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32477

Visual Library

Quod vero Anacleti decretũ reiicit. dixim9 heri qua auctoritate id faciat vĕ
qua proba: Nam cum originalia ſint pre manib9 nullus adhuc dixit iſtud de⸗
cretum.ſ.martyris Anacleti non eſſe. Sed Nicola: Cuſanus Germanoꝝ do⸗
ctiſſ: qui fatetur ſe concordantiã fidei ſcripſiſſe ex originalib: illud Anacleti al⸗
legat. Fucum addidit reuerendus pater q: in tam.ſ.martyre non ſit talis in⸗
ſcicia vt exponat Cepham.i.caput. quaſi ad ſanctitatẽ vite tanta requiratur
ſcientia. Dicamus tamen vnum. q: Cephe aut Cephas debet eſſe Syriacũ et
hebreis quoq; familiare. valens tantũ ſicut Petrus vel ſolidũ.vt Eraſ: poſt
Hierony: refert. addamus hoc et ſingulare qd Cuſanus chaldaice et hebraice
doctus in libris Excitationũ teſtatur Petrus etiam valere tm̃ ſicut caput do⸗
mus. Quare nõ tanta inſcicia laborauit Anacletus ſi Cepham pro capite in⸗
terpretatur. Sed vtcũq; ſit. nõ video quo fuco poſſit negare alia decreta ſan⸗
ctorum martyrũ et confeſſoꝝ. vt Clementis 20: diſt: Marcelli. Iulij. Pelagi:
Nicola: Agathonis. Simonis. Vigilij. Benedicti ꝛc. Quare tantis patrib9
et ſacro concilio malo condeſcendere.

Ad Scrupos.

¶ At omniũ inuictiſſime audiui q reuerendus pater contra Illuſtriſſ: principis
iuſſum quo intacta manere voluit Illuſtriſſ: princeps a ſacris concilijs deciſa.
reuerendus tamen pater in heſterna obdurauit ſententia. ⁊ quattuor propoſuit
articulos inter Huſſiticos ꝯdemnatos. quos reputat ipſe catholicos. et Euã⸗
gelicos. pulchre certe Bohemis patrocinat. Pro concilij tamẽ reuerentia vo⸗
luit ab impoſtore aliq̃ additos. Primo omniũ egregius doctor ⁊ nobilis Hie⸗
rony: de Croatia qui acta concilij curauit imprimi. tranſſumi fecit ſub for⸗
ma authentica. et cum res ita manifeſte acta ſit Conſtantie Huſſite tam diu
non reticuiſſent articulos aliquos eſſe ſubditicios. Neq; poterit ſuſpicari re⸗
uerendus pater quod heri aſſumpſerat adulatoris pernicie in Roma: ponti⸗
In Iulio. ficem factum Cum Iohãnes Hus anno.15. fuerit combuſtus Hiero: collega
In Maio. ſuus anno.16. Martino.5. primũ electo anno.17. ipſo die Martini quare ſan⸗
cti patres et viri inadulabiles ex omib: nationibus principalib9 adhoc depu⸗
tati. articulos illos diſcuſſerũt. ⁊ ſacro ſancta Synodus eos damnauit repro⸗
bauit et auctorẽ cõbuſſit. Ideoq; a quolibet bono Chriſtiano pro ꝯdemnatis
et reꝓbatis habendi ſunt. nec imponat mihi reuerendus pater q velim de illis
articulis iudicare. quia iam iudicati ſunt. Non releuat q cum Synodus me⸗
minit aliquos eſſe hereticos. alios temera: ſeditio: et piarũ aurium offenſiuos.
qm̃ in quecunq; ordinem redegerit illos arti: non poſſunt dici Chriſtianiſſ: et
Euange: et q̃uis non aſſumpſeri hunc laborẽ defendendi totam ſynodum in
articuloꝝ ꝯdemnatione. docamus tamen aliquid et breuibus.
¶ Articulũ primũ iudicat Catholicũ et eſſe Auguſtini c.6. ſuper Iohãne. dico
forte reuerendus pater benigniter interpretat articulũ. ſed q: res non ſermoni
ſed ſermo rei eſt ſubiectus. non fuerunt ſtupidi concilij definitores. Verum eſt
vnam ſanctã et vl'em eſſe eccleſiã. ſed q ſit tantũ vna. ſicut eſt vnus numerus
predeſtina: ad Huſſiticã intelligentiã eſt hereticiſſimũ. quo ipſe voluit exiſtẽs
in pctõ mortali velut amiſſa fide non eſſe in eccleſia. cũ tamen regnũ celorum a
Chriſto comperur decem virginib: Vbi quinq; erant prudentes quinq; vero
fatue. cum reliquis parabolis eidem ꝓpoſito deſeruientib: Neq; Auguſt: tract:
26. ſup Iohannẽ facit totam ad Huſſiticũ ꝓpoſitum cõmunionẽ Eucharíſtie
cõmendans. de quo lectoris deſydero iudiciũ. Ita de alio dicit articulo. Due
nature diuina et humana vnus eſt Chriſtus. nihil ꝑ hoc adduxit niſi q ſit de
fide. in Athana: aliter legim9. Deus et hõ vnus eſt Chrũs. nõ deitas ⁊ huma⸗
nitas. In alio arti: diuiſio immediata operũ ꝛc. quã ipſe mire in me retorquet.
et quaſi a me iudex citatus ſuum collegã exclamauit triũphaſſe. De quo vos
omẽs qui interfuiſtis poteſtis dare teſtimoniũ q̃ veriſſime dixerit reuerendus

pater. et encomiũ prius cecinit ante victoriã wittenberge. iam aliud etiam q̃ſi
perdita victoria. Ad rem ¶ Articulũ illũ nũq̃ȝ reputabo Chriſtianũ et ob hoc
Grego: Arim: 28. diſt. z. repulſ. neq̃ȝ actum fuit inter nos an poſſit dari opus
indifferens. vel an om̃is vita infideliũ ſit pctm̃. vel ſimilia que hunc reſpiciunt
articulũ. Unde ꝙ palliando errores Huſſiticos innuit aliq̃ſido ſiniſtre verba
intelligi. ſicut dño Chr̃o euenerit. que rogo compatio lucis ad Belial. Joan:
Hus in hoc compat Chriſto non paſſus quo ad veritatis ſigillationẽ in pte
admiſſam me compare ſacra conſilia ſacris ſcripturis. In quib: vtriſq̃ȝ eſt in-
dubitata et infallibilis veritas. Nullum em̃ Chriſtianũ mouere debet et ꝙ di-
cit Conſilia eſſe hoies et ita creaturas et ſic peccare poſſe. nam ſi errant. vt fuit
Conſiliũ Epheſinũ a Leone credo papa damnatũ vt Ariminenſe. aquiſgranẽ-
ſe. tunc non ſunt Conſilia ſed cõciliabula. Unde potius hoc cõſtantiſſima fide
tenere debemus quidquid concilia legittime congregata in his que ſunt fidei
determinauerint et diffinuerint eſſe certiſſimũ. Sic em̃ Chriſtus manet no-
biſcum vſq̃ȝ ad cõſummatiõnẽ ſeculi. Et ſi duo congre: fu: in noie meo. pre-
rancidũ eſt q: hoies ſunt in concilio et ita errare poſſunt. nam et ſi vt homines
defectibiles ſint. verũ in conſiliũ legittime congregatũ. non humano ſenſu. ſed
ſpũ diuino. vt ſat ꝓbata ſint que conciliũ ꝓbauit. et non ſunt ꝑ cuiuſq̃ȝ ſingu-
laritatẽ vel capitoſitatẽ vlterius diſcutienda, ſed captiuare debem⁹ intellectũ
in obſequium fidei. Quare miror ꝙ textũ negaturus Siculum comentatorẽ
admittit Panormitanũ.

¶ Sic quod poſtremo adduxit ex verbis apoſtoli patet. de fundamẽto ſemp
dixi hoc eſſe de oim catholicoꝝ ſententia Chriſtũ eſſe caput eccleſie. ille em̃ eſt
principalis dñs. Sed q: Petrũ conſtituit vicarium. et poteſtatẽ ei ſuper tota
eccleſia contulit. vbi. ſ. Leo can: ita dñs. zi. diſt: teſtatur. Et miror plurimũ ꝙ
relicto textu ſancti Leo: reuerend⁹ pater arripit ibi vnam gloſſam textui ꝯriam
Immo tm̃ confert Chriſto aſcendenti ad celos vt loco ſui ꝯſtitueret hic vica-
rium caput. ad quod eſſet recurſus in dubijs. et alijs caſibus emergentib⁹ ne
tota Chriſti eccleſia eſſet vnum cõfuſum chaos Anaxagoricũ. Iſtam ſenten-
tiam tota tenet eccleſia, ſicut eſt in reſponſorio quo eccleſia de ſancto Petro
vtitur Tu es Paſtor ouium princeps apoſtolorũ. Tibi tradidit deus omnia
regna mundi. ita oramus in eccleſia. immo diuinus Franciſcus ſigillis ſtig-
matũ approbatus fratres ſuos et totum orbem terrarũ docuit obediri ſum̃o
Pontifici. et in regula hoc precepit. Ideo de eo canit eccleſia Franciſ: vir ca-
tholicus et totus apoſtolicus. tenere fidem Roma: eccleſie docuit. Ita pluri-
mi ſummi pontifices ita ſacra concilia diffiniuerũt. que breuitatis ſtudio non
adduco. Plurime quoq̃ȝ ſanctoꝝ patrũ ſententie idem ſonant et approbant.
Que omnia ſuo tpe cum videro reuerendi patris tractatũ ſuper hoc negotio.
adducere non negligam. Si tamẽ pimatus Roma: pontificis tm̃ iuri innitit
humano et eleuatur conſenſu populi. vnde tunc reuerendi patris mendicitatis
priuilegiũ? vnde iſte religionis habitus? vnde poteſtas ꝯfeſſiones audiẽdi pre-
dicandi cum alijs innumeris priuilegijs quibus a ſede apoſtolica obuiuntur.
epiſcopis. Archiepiſcopis ⁊ curatis frequenter ꝯdicentibus? Qui tamẽ vt filij
obedientie Ro: pontificẽ audiũt et in eo Chr̃m. vt ſic ꝑ patientie bonũ vitam
adipiſcant eternã. Hec breuia volui adũcere in pñti diſputatioꝫ negotio. quã-
tum tempus dedit plura alioquin allaturus niſi faſtidium me abſterreret et
illuſtriſſ: Principis iuſſus.

Mar: Luttherus.

¶ Duo mihi incumbunt agenda. Primũ reſpondendũ confutationibus egre:
D. D. Secundo pro cõuentionis pacto opponendũ eidem. Et quia iam triduo
reſpondi tempuſque conſumptum eſt. vt nec vnum poſſim explere. Dico
breuiter.